



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

11 Iudaei in delictis ecclesiasticis subsunt foro ecclesiastico, & in quibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

pedit propositum melioris vitæ, cap, cum dilectus & ibi gloss. de ijs, quæ vi met. ve cau. sunt quod etiam sequitur Abb. in dicto c. maiores Et hoc loco facit illa solemnis juris regula, multa facta tenere, quæ alias fieri prohibentur l. 1. §. biduum ff. quan. appell. sit, cum alijs simul.

11 Subiunt ¶ Iudæi foro ecclesiastico in delictis Ecclesiasticis si peccaverint in clericum vel in fidem, aut contra canones, aut legem divinam, veluti si Iudæus dimittat uxorem, & aliam accipiat, quia punitur per iudicem ecclesiasticum servata lege Iudæorum. Bald. conf. 315. Iudæis tutela in sine, & conf. 316, quia sæpe in sine volum. 1. & Calder conf. 125. alias 11. de Iudic. & for. compet. & conf. 489. alias 2. de Iudæis, & idem Bald. in conc. 422. lib. 5. quem citat, & sequitur Card. Tuschus tom. 4. pract. concl. 372. num. 1. & Surd. decis. 133. num. 2.

12 Foro ¶ seculari subsunt in delictis secularibus Calder. ibid. In causis verd, quæ inter personas seculares sunt misti fori, etiam contra Hebræos, locus est præventioni, Abbas in cap. postulasti, nu. 5. circa fin. de Iud. & Sarracenis, ut in causa blasphemiz, & sacrilegij.

13 Iudæi, & Sarraceni ¶ alijque infideles hæretici esse non possunt, quia separatio non admittitur in ijs, qui sunt extra Ecclesiam, tamen, si quid in contemptum Christianæ religionis admiserint, aut aliquod blasphemiz genus protulerint, tanquam hæretici, & hæreticorum poena puniuntur. Cald. conf. 125. alias 11. de foro competent. & Card. Tusc. eodem tom. 4. pract. conc. 372. num. 1.

14 Idem ¶ dicendum de neophitis, qui si se corrigere post canonicam monitionem

neglexerint, & ad vomitum Iudaizantes, redire comperti fuerint, contra eos, tamquam perfidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundum sacrorum canonum instituta, procedi debet, ut in eadem const. §. si quis autem C. plerique eadem distinct. 4. & in constit. Gregorij Papæ XIII. cap. 73. §. cujusvis in Bull. Rom. pag. 1306. & Oldr. conf. 36.

Si tamen ¶ Iudæus fiat Saracenus, non punitur, quia de ijs, quæ sunt extra nos, nihil ad nos, secus si fidem agnovisse cepisset, quia transendo ad aliam sectam, punitur. Oldrad. conf. 51. incipiens Iudæus transivit, quod autem dicitur de ijs, qui extra nos, nihil ad nos, intelligitur respectu excommunicationis, ut non arceantur.

Non enim ¶ possunt ab Ecclesia per excommunicationem eijci, qui nunquam fuerint in ea recepti, Oldrad. eod. conf. 36. in princ. cap. gaudemus de divor. Sed puniendi sunt corporaliter, & in pecunia, Alexand. conf. 99. visa inquisitione, num. 11. lib. 6. & conf. 1. Attentis numero 21. & seq. vol. 7.

In ijs autem, ¶ quæ circa fidem cum Iudæis nobis sunt communia, velut, esse Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & invisibilium, & similia, si quis Iudæus non esse asseruerit, prædicaverit, aut Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremque ejusdem non esse virginem, & alias hujusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè, protulerit, si velle, quæ sanctissimum sacramentum Eucharistias